manifeſta uoce prodit dicenſ · Hic eſt quem dixi uobiſ ·
qui poſt me uenturuſ eſt · ante me factuſ eſt · quia prior
me erat · In eo nanq: qd ait qui poſt me uenturuſ eſt ·
ordinem humanę diſpenſationiſ qua poſt eum natuſ
poſt eum etiam predicaturuſ · babtizaturuſ · ſigna facturuſ
& mortem erat paſſuruſ inſinuat · In eo uero qd ſubiun
git · ante me factuſ eſt · ſublimitatem eiuſdem humani
tatiſ quae ceteriſ omnibuſ creaturiſ erat merito pferenda
deſignat · Quod enim ait ante me · non ad ordine temporiſ ·
ſed ad diſtantiam ptinet dignitatiſ · Iuxta qd de ioſeph
filiiſ benedicente iacob ſcriptum eſt · Conſtituitq: effraim
ante mannaſen · ubi recte potuit dicere · mannaſen qui poſt me
uenit ante me factuſ eſt · id eſt qui poſt me natuſ eſt potentia
me regni anteceſſit · Quemadmodum iohanneſ de dno · Qui
poſt me inquid uenturuſ eſt · ante me factuſ eſt · id eſt qui poſt me
ad predicandum uenturuſ eſt culmine me regni & ſacerdotii
pennis antecellit · Quare autem iſ qui poſt eum uenturuſ e
rat · eum dignitate antecellere & aperuit cum ſubiunxit ·
Quia prior me erat · Id eſt qa aeternuſ ante ſcla ad ſ erat · propt
ea me licet poſterior natuſ · gloria maieſtatiſ etiam in adſump
ta humanitate pibit · Expoſito autem euuangeliſta pcurſo
riſ dni teſtimonio qd de illo perhibuerit · ex ipſo quem plenum
gratiae & ueritatiſ ſupra dixerat quanta plenitudo pullu
lat conſequent oſtendit · Nam ſequitur ·
Et de plenitudine eiuſ nos om̄ſ accepimuſ · gratiam pro gratia ·
Superiuſ nanq · dix̄ · quia uerbum caro factum eſt · & habita
uit in nobiſ · & uidimuſ gloriam eiuſ gloriam quaſi unigeniti
a patre plenum gratiae & ueritatiſ · Quod cum precurſoriſ
quoq · eiuſ teſtimonio confirmaſſ& dicentiſ · hic erat quem dixi
uobiſ qui poſt me uenturuſ eſt quia prior me erat · Rurſuſ
ipſe qd ceperat exſequitur dicenſ · & de plenitudine eiuſ noſ
omneſ accepimuſ gratiam pro gratia · Plenuſ quippe erat
dnſ ſpu ſco · plenuſ gratia & ueritate · quia ſicut aptſ ait ·
In ipſo habitauit omniſ plenitudo diuinitatiſ corporaliter ·
De cuiuſ plenitudine noſ om̄ſ iuxta modum nrae capacitatiſ acce
pimuſ · quia unicuiq · nrm̄ data eſt gratia ſecundum menſuram
donationiſ xpi · De ſolo nanq · mediatore dī & hominum homine

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 258, p. p.%2015 – Commentary on the Gospel of John by Alcuin of York (http://www.e-codices.ch/en/csg/0258/p.%2015)